

δακτυλικὸν τρίμετρον ὑπερκατάληκτον / dactylicum (-us) trimetrum (-ter) hypercatalectum (-us), dactylicum trimetrum epicum, dactylicum (-us) trimetrum (-ter) heroum (-us)

– ∞ – ∞ – ∞ – ||

1. PLANVD. in Boeth. *cons.* 133 (p. 110 Papathomopoulos) Ὡς τὸ ὀκτώκαιδέκατον εἶδος ἐστὶ δακτυλικὸν ἐφθήμερες, εἴτ' οὖν τρίμετρον ὑπερκατάληκτον, ὃ καλεῖται ἀλκμανικόν, ᾧ ὑπέταξεν ἀντισπαστικὸν ἐφθήμερες φερεκράτειον, περὶ οὗ εἴρηται ἐν τῷ ἐνάτῳ· ἐχρήσατο δὲ τούτῳ ἅπαξ ἐνταῦθα.

SCHOL. REC. in Aristoph. *nub.* 457a. 16 sqq. (p. 74 Koster) Τρὶ τὸ ἐ' (v. 469) 'βουλομένους ἀνακοινοῦσθαι' δακτυλικὸν τρίμετρον ὑπερκατάληκτον ἦτοι ἐφθήμερες ... τὸ κ' (v. 475) 'συμβουλευσομένους μετὰ σοῦ' δακτυλικὸν ὅμοιον τῷ ἐ' ἦτοι ἐφθήμερες.

SERV. GL IV 460. 25 sq. de alcmānio. alcmānium constat trimetro (*scil.* dactylico) hypercatalecto, ut est hoc:

lurida brachia cur retegis?

LVPVS 18 (p. 124 Papathomopoulos) duodevicesimum (*scil.* genus carminis a Boethio in Consolatione philosophiae usurpatum) dactylicum alcmānium constans trimetro hypercatalecto; hypercatalectus autem est versus cui una syllaba superest habetque subiectum sibi ferecratium, quod, ut supra memoravi, spondeo constat et dactylo et spondeo. sed in hoc loco pro primo spondeo est ubi anapaestum contra regulam in centimetro traditam (cf. Serv. GL IV 465. 7 sq.) invenimus; posuit vero hoc genus semel tantum: (III metr. 6. 1)

omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu.

– ∞ – ∞ – ∞ – ||

2. APTHON. GL VI 167. 7 sqq. trimetris quoque epicis hypercatalectis, ut est hic: (Hor. *carm.* I 9. 4)

flumina constiterint acuto,

usus est (*scil.* Horatius) libro primo septies, secundo decies, tertio undecies, quarto ter.

APTHON. GL VI 172. 23 sqq. trimetrum epicum hypercatalectum, duo dactyli: (Hor. *carm.* I 9. 4) 'flumina constite', et duo trochaei 'rint acuto'.

APTHON. GL VI 178. 29 sqq. libri primi ode VIII: (Hor. *carm.* I 9. 1)

vides ut alta stet nive candidum.

haec ode scripta est ad tetracolian. ex quibus duo erunt alcaica hendecasyllaba, tertium dimetrum iambicum hypercatalectum, ut: (Hor. *carm.* I 9. 3)

<silvae laborantes geluque,

quartum trimetrum epicum hypercatalectum, ut:> (Hor. *carm.* I 9. 4)

flumina constiterint acuto.

DIOM. GL I 515. 14 sqq. trimeter herous ex superiore *** iambico diximus. sed hoc Varro (fr. 290 [GRF 309] Funaioli) ab Archilocho (fr. 320 West) auctum dicit adiuncta syllaba et factum tale:

omnipotente parente meo.

huic si auferas ultimam syllabam, erunt tales tres pedes quos prior pars hexametri recipere consuevit.

DIOM. GL I 516. 17 sqq. hexametrum heroum plerique ita adcumularunt ut facerent talem rythmum: (cf. Verg. *Aen.* IV 310)

et mediis properas Aquilonibus ire per aequora, litus ama.

hic utrumque comma ex superiore parte hexametri est. sed illud superius, quod est tale:

et mediis properas Aquilonibus,

tetrametrum heroum est; illud autem inferius, quod est tale:

ire per aequora litus ama,

trimetrum heroum est.

ANON. GL VI 180. 16 sqq. metra trimetra epica hypercatalecta recipiunt pedes tres et dactylos et spondeos superfluente syllaba. haec vero cum alcaico subiungit Horatius, fere omnes dactylos recipiunt. libro primo trimetra hypercatalecta sunt haec, ode VIII: (*car.* I 9. 4)

flumina constiterint a(cuto),

ode XVI: (*car.* I 16. 4)

sive mari libet Hadriano,

ode XXVI: (*car.* I 26. 4)

rex gelidae metuatur orae,

ode XXVII: (*car.* I 27. 4)

sanguineis prohibete rixis,

ode XXVIII: (*car.* I 29. 4)

regibus horribilique Medo,

ode XXXI: (*car.* I 31. 4)

Sardiniae segetes feraces,

ode XXXIII: (*car.* I 34. 4)

vela dare atque iterare c.,

ode XXXVII: (*car.* I 37. 4)

tempus erat dapibus s.

libro II ode I: (*car.* II 1.4)

principum amicitias et arma,

ode III: (*car.* II 3. 4)

laetitia moriture Delli,

ode V: (*car.* II 5. 4)

in Venerem tolerare pondus,

ode VII: (*car.* II 7. 4)

dis patriis Italoque caelo,

ode VIII: (*car.* II 9. 4)

usque nec Armeniis < in > oris,

ode XI: (*car.* II 11. 4)

quaerere nec trepides in usum,

ode XII: (*car.* II 13. 4)

perniciemque ut probrumque p.,

ode XVI: (*car.* II 17. 4)

- grave decus columenque r.,
ode XVIII: (*carm.* II 19. 4)
capripedum Satyrorum < acutas, >
ode XVIII: (*carm.* II 20. 4)
longum invidiaque maior.
libro III ode I: (*carm.* III 1. 4)
virginibus puerisque canto,
ode II: (*carm.* III 2. 4)
vexet eques metuendus h.,
ode III: (*carm.* III 3. 4)
mente quatit solidum nec < auster, >
ode III: (*carm.* III 4. 4)
seu fidibus citharave levi,
ode V: (*carm.* III 5. 4)
imperio gravibusque Persis,
ode VI: (*carm.* III 6. 4)
foeda nigro simulacra fumo,
ode XVII: (*carm.* III 17. 4)
per memores genus omnes < fastos, >
ode XXI: (*carm.* III 21. 4)
seu facilem pia testa somnum,
ode XXIII: (*carm.* III 23. 4)
fruge laris avidaque porca,
ode XXVI: (*carm.* III 26. 4)
barbiton hic paries habebit,
ode XXVIII: (*carm.* III 29. 4)
pressa tuis balanus capillis.

[S.D.B.]